

1357

P O L E M I C I.

1358

Quibus porro armis pugnet Verpus, vel ex eo conijcere licet, quod Sacerdotis illius, quem *Abbatem Thomam* (Abad Thomè) vocant, nomen ex hebraeo אבנר *Perdido*, et טמא *Imundo* derivet. Nactus erat a Judaeo quodam hos *Dialogos* pariter scriptos in *Belgio Job. Cph. Wolfius*, sed titulo *Fortificacion de la Fé*. Quae vero ex illis *Bibliothecae Hebr. Vol. IV. p. 726.* inseruit, valde mendosa sunt. Exemplar nostrum e *Bibliotheca Sarraziana* emtum videtur. Vide illius *Catalogum Hagae Comit. 1715.* inter *Libros in 4^o.* p. 10. n. 108. 8.

DCIV.

R. 636 Codex chartaceus hisp. Sec. XVIII. Folior. 97. 4. inscribitur: *Discursos y exposiciones Sobre la Vara de Feudda Baticinio del Insigne Patriarcha Jacob segun el V. 10. del Cap. 49. del Genesis. Dedicalo A la Poderosa Proteccion de los Muy Ilustres Señores Parnasim y Gabay (פרנסין Praesides, גבאי Collectores Stipis) del S^o. Kabal (קהל, Congregatio, Synagoga) de T. T. Abraham Isrrael Pizarro (refectum e Pelegrino) por la gracia de Dios en la muy lucida Congregacion de la Populosa Ciudad de Amsterdam. Sequitur Carta Dicatoria cum illorum Praesidum nominibus, quae sunt: *Abraham del Soto, Mosseb Aboaph, Abraham Telles, Isbak Mendes Peña, Mosseb Levi Plessio, Isbak de Messa, David Mendes,* et hoc initio: *Esta es la primera Denis Codd. Theol. V. II. P. II.**

Obra Ill^{mor.} S^{res.} que des pues de iluminado con el infalible conocimiento de la Vnidad Santissima de Dios a delineado el toscó pinzel de mi discurso &c. Primitias igitur suas offert Viris, quos magnis laudibus afficit et inter alia *calificados por lo Ilustre de su sangre* compellat. Advenam fuisse et pauperem inde colligo, quod illorum protectionem implorat *faboreciendome por Pelegrino, y dandome la mano por menesterofo.* Unde non abs re in Titulo a prima manu videtur lectum fuisse *Pelegrino* (גר) quod deinde rebus illius melius constitutis deformatum fuerit in *Pizarro. Pilzaro* vel *Bizaro* scribunt *Longius* in *Biblioth. S. T. I. p. 594.* et *Wolfius* in *Hebr. Vol. III. p. 42.* nescio, unde, certe minus recte. *Fol. 12.* incipit *Introduccion a los Discursos*, quorum censentur §§. XLIX. quibusque nihil non agit Noster, ut variis singularum Vocum interpretationibus ostendat, Messiam nondum venisse, et proinde in supra dicto *Jacobi Vaticinio* nihil praesidii repositum esse Christianis. Utut nihil adferat non ante jam a *Rabbinorum* doctissimis tentatum, mirum tamen est videre, quantopere in Bibliis nostris vulgatis, in Patribus et Theologis Ecclesiae nostrae, et universim in Scriptoribus, quos non facile adtingunt Hebraei, versatus sit, ut adeo longiori tempore inter Christianos latuisse videatur in *Hispania* aut *Lusitania*, unde etiam *Wolfio l. cit. Lusitanus* audit. Pessime tamen illos odit, multisque digressibus Idololatriam praecipue

Q

cipue

1359

I C O D I C E S

1360

cipue illis exprobrat. In ipsa jam *Dicatione* meminit *Neronum Christianorum*, multis locis corruptionis sacrarum Literarum accusat, §. 43. scribit: *Con capa de Religion se cautelan los Catholicos siendo en la verdad relaxados, con capa de Humildad se defienden siendo en la realdad soberbios, con capa de Virtud se esconden siendo en la evidencia viciosos, con capa de Religion se alimentan y diffracan siendo à los ojos del mundo los mas escandalosos Idolatras.* De Gente sua ita sibi blandiendo perorat: *Es una Republica, que se gobierna por si misma por la Ley, que Dios le dio, no le an faltado nunca Sabios, que le instruyan, y Governadores, que lo rigan. Con que se explica muy bien la Prophecia de Jabacob, que no se quitara la Vara de Jebudab, ni escriuano de entre sus pies, hasta que venga Silo, que quiere dezir, que no se apartara la Vara del Gobierno asi Politico como Ecclesiastico en el Dominio que conservaran los Judios hasta la Venida del deseado Rey &c.* Ubi vero, mi bone! istud Dominium, ubi Potestas politica, ubi Templum, ubi Sacrificium? Plura, si lubet, in *Jac. Basnagii Hist. des Juifs* T. IX. p. 1009. qui hoc ipso Exemplo nostro e Bibliotheca *Sarraziana* olim usus est. Notatur in Catalogo hujus Biblioth. inter *Libros in 4^o. n. 98. p. 9.*

DCV. et VI.

R. 1078 Codex chartaceus lat. Sec.
— 79 XVII. Folior. 513. 4. hoc Titu-

lo est: *Parvum Cornu sive Regnum Mahometicum* cujus Ortus et Occasus, atque ex ejusdem ruina *surrecturi Regni Christi tam Politici quam Ecclesiastici Amplitudo, Potentia, Duratio, aliique miri eventus secuturi, ad finem usque mundi, ex septimo Danielis Capite varie illustrantur. Pars I. et II.* Per N. N. Jesuita is fuit, et, ut quidem conjecto, *Philippus Albert Viennens.* denatus in patria Urbe a. 1709. cujus an multiplicem eruditionem, an summam credulitatem magis mireris, in ancipiti est. Scripsisse illum regnante *Leopoldo I.* libera verba, quae e P. IV. fol. 463. praeoccupo, testantur: *Quis est, qui non videat, si annis 1689. et 1690. non ita nefandum indormissemus, sed continuato Martis calore hostem essemus persecuti, non tantum Thracia, Albania ac universa Graecia, verum et ipsa Imperii sede Constantinopoli nos potituros. Viderint illi, quorum haec culpa fuerunt neglecta, qualem olim sint Deo redituri rationem.* Opus porro a Praefatione orditur, in qua scopus scriptionis ita manifestatur: *Hoc in primis scias, velim, minime mihi propositum esse, totum Danielem enodare, ac omnes, quae circa textum occurrunt, difficultates, et variorum de iis sententias in medium asferre, easque examinare, refellere, aut censere, cum id a (Bened.) Pererio nostro, Cornelio (a Lapide) ac aliis luculenter ac erudite factum sit, sed praemissa brevi (quae mihi quidem genuina videtur) ac dilucida literae Capitit*